Ferè omnibus hiſce commune eſt, vt vna vertebra ſuperior a pluribus vertebris inferioribus muſculos accipiat, & vna vertebra inferior in plures ſuperiores vertebras muſculos mittat: quale muſculorum artificium etiam in coſtis alibi demonſtraui, cum ſacrolumbum deſcriberem. *Muſculorũ vertebraliũ fabrica*

Sed quò euidẽtiora forẽt, quę de vertebralibus muſculis hìc propoſui, duabus proximis figuris ea illuſtranda iudicaui.



Figura I. vertebralium muſculorum varios ſitus exhibet. A B, D E, & illis ſimiliter ſitæ lineæ reliquæ, proceſſus vertebrarum tranſuerſos exhibent.

Angulus B C D, & illi

The name semispinatus is given to these muscles not incongruously, although, besides the semispinati of others, that of the os sacrum and others also belong to this kind.[28]

From what has been said, it is clear that the vertebral muscles can be described in a few exact terms without any ambiguity. Thus their four kinds are the *MEDIAN, THE LATERAL, THOSE VERGING TOWARDS THE MIDDLE, AND THOSE RECEDING FROM THE MIDDLE.*

Structure of the vertebral muscles.

It is common to almost all these muscles that one upper vertebra receives muscles from several lower vertebræ, and that one lower vertebra sends muscles to several upper vertebræ. I demonstrated elsewhere such an arrangement of the muscles even in the ribs when I described the lumbo-sacro region.

But in order to show even more clearly, what I proposed here about the vertebral muscles, I decided to illustrate this with the two figures herewith.

Figure I shows the various positions of the vertebral muscles. A B, D E and the other lines similarly positioned represent the transverse processes.

The angle B C D, and

illi ſimiles reliqui, tum corpora, tum ſpinas vertebrarum exhibent.



Cum angulus B C D, ſpinam vertebræ exhibet, B C, C D, latera ſpinæ repræſentant, C, ipſum ſpinæ apicem.

A F, C G, E H, ſunt lineę ſpinali medullę parallelæ, in quibus lineis ſitos muſculos, muſculos vertebrales rectos appello, & quidem in linea C G, ſitos, vertebrales medios in lineis A F, E H, vertebrales laterales, G A, G E, F C, H C, ſunt lineæ, quarum extremitates ſunt in duabus lineis ſpinali medullæ parallelis nempe F C, & G A, in lineis A F, C G; G E, & H C, in lineis C G, E H. Hoc modo ſitos muſculos obliquos appello, & quidem F C, H C, ad medium vergentes, G A, G E, a medio recedentes.

Figura II. In vertebralibus muſculis ad medium vergentibus demonſtrat, qua ratione vnius vertebræ ſpinæ B C D continuati muſculi habeant extremitates oppoſitas continuatas tranſuerſis proceſſibus plurimis vertebrarum inferiorum, pari modo, quo vnius vertebræ tranſuerſis proceſſibus E F, G H, continuati muſculi habent extremitates oppoſitas

the other similar angles represent the vertebral bodies and the spinous processes.

Since the angle B C D represent a spinous process, B C and C D are the sides and C is the tip of the spinous process.

A F, C G, and E H are lines parallel to the spinal cord, I call the muscles situated along these lines the straight vertebral muscles. Those on the line C G are median vertebral muscles, and those on the lines A F and E H are lateral vertebral muscles. G A, G E, F C, and H C are lines the extremities of which are on two different lines parallel to the spinal cord, i.e., the extremities of F C and G A are on the lines A F and C G, whereas those of G E and H C are on the lines C G and E H. I call the muscles in this position oblique. Among them F C and H C are those verging towards the middle, and G A and G E are those receding from the middle.

Fig. II. It is seen in those vertebral muscles verging towards the middle, why those coming from one spinous process B C D have opposite extremities inserting into several transverse processes of lower vertebræ and, conversely muscles originating from the transverse processes of one vertebra E F and G H

tas continuatas plurium vertebrarum ſuperiorum ſpinis.



Qui hanc figuram intellexerit, omnium ſemiſpinatorum a ſecunda colli vertebra ad os ſacrum vſque vertebras exteriùs immediatè occupantium ſitum facilè intellexerit: ſola hæc eſt differentia, quod quibuſdam in locis plures intermediæ vertebræ reperiuntur, in alijs pauciores. Nec artificij multum præparatio requirit, modo quis a ſpatijs inter ſpinas deorſum, & a ſpatijs inter tranſuerſos proceſſus ſurſum leui manu cultrum dirigendo ſeparationem eorum peragat. Poſſet pari ratione reliquorum vertebralium muſculorum verus ſitus exhibèri, ſed hæc ipſi Myologiæ reſeruabo. Mihi tantùm in præſens animus fuit, publici iudicio elementorum Myologiæ Specimen exponere, dumque earum certitudinem figuris e natura depromptis aſſero, eadem opera indicare, qua ratione, & ſinguli iam tum ſuperficietenus noti muſculi, qua intrinſecam fabricam cognoſci, & alij hactenus confuſè tantùm noti, ne dicam planè incogniti, & præparari dextrè, & diſtinctè deſcribi poſſint. Cùm

have their opposite extremities inserting into spinous processes of several upper vertebræ.

Those who have understood this figure will easily understand the position of all the semispinatus muscles which occupy the grooves directly on the exterior sides of the vertebræ from the second cervical vertebra down to the os sacrum. There is only one difference: in some places the muscles span several vertebræ whereas in other places they span fewer vertebræ. Such a preparation does not require much cunning. One has only to separate the muscles by introducing the knife with a light hand in the spaces between the spinous processes downwards, and in the spaces between the transverse processes upwards. The true position of the other vertebral muscles could be displayed in the same way, but I shall reserve that for the Myology itself. Presently it has only been my purpose to bring to the public's judgment an example of elements of Myology, while providing certainty on these matters through figures taken from Nature. The same works indicate how some muscles known superficially only, for which I discovered the intrinsic structure, and others known confusedly only so far, not to say completely unknown, can be prepared properly and described clearly.

Cùm verò non dubitem, quin parum æqui laborum meorum Cenſores etiam hiſce gingiuam promore ſuo admoturi ſint, placuit ad Nobiliſſimum Amicum Theuenot perſcriptam epiſtolam hìc ſubiungere, qua non ſolum obiectionibus eorum reſpondetur, verum etiam muſculorum cognitioni inſeruientia nonnulla ſimul afferuntur.

Nobiliſsime Vir.

Qui probè noras, magnam felicitatis noſtræ partem in eo conſiſtere, vt quàm optimè de nobis optimus quiſque ſentiat, pariùm duxeras, amicitiæ ſimul, & hoſpitalitatis fœdere me tibi vincire, niſi Amicorum, quos multos magnoſque vbique habes, fauorem mihi, amoremque vna procuraſſes.

Fuit ea in re felix tua ſollicitudo; cùm non modo in varijs illis Galliæ Prouincijs, quas Autumno præterito, illumque excipiente hyeme peragraui, ſed in ipſa etiam Italia multos mihi tùm Patronos, tùm Amicos tua, tuorumque conciliarit recommendatio.

Vnum me ſollicitum habet, quod maiora meritis præconia mihi dederis ſæpius, ſequutus in eo potiùs, quæ dictauit amor, quàm quæ ſuaſiſſet ratio, ſi ab omni alias affectu libera in conſilium adhibita fuiſſet. Sed vt vt de his fuerit, quò maiori ſtudio Amicis tuis me commendatum voluiſti, eò maiori conatu in id mihi incumbendum, ne, quod alterius

Since, however, I have no doubt that the prejudiced critics of my works will champ their gums as they usually do, I have decided to append here a letter to my noble friend *Thévenot* in which not only their objections are refuted, but also some data are presented for a better understanding of the muscles.

Most Noble Man.

You who so well know that a great part of our good fortune resides in the fact that the very best gentleman has the very best opinion of us, you would have considered it too little to attach me by the bond of friendship and hospitality, if you had not procured for me the favor and affection of your friends of whom you have so many and great ones everywhere.

In this case your concern has been fortunate, since your own recommendations as well as those of your friends have provided me with a number of friends and patrons in several places in France, through which I traveled last autumn and the following winter, but also many here in Italy itself.

One thing bothers me though, the fact that you so often have proclaimed my merits as greater than they truly are, pursuing in this matter what love dictated rather than what reason would have persuaded, if reason had been adhered to free from all kind feelings. But whatever happens, the greater the zeal with which you desired to praise me to your friends, so much the greater is the obligation placed on me, lest what

alterius merito obtinui, mea culpa deperdam.

Cum itaque aliorum de meis ſcriptis iudicia velint, quædam ibi a me afferri ab alijs iam tum propoſita, alia in ijs occurrere parùm certa, multa ibidem dari ſuperuacua, nec niſi otioſo homine digna; ex re fore iudicaui, quæ ad mei defenſionem factura, maturè & placidè hìc in medium adducere. Ne verò quis credat, me litigioſas hìc ordiri velle controuerſias, ſciat hæc non tam Aduerſariorum obiectionibus, quam Amicorum dubijs, eſſe accommodata; vt hi certiores fiant, me nullis, niſi bonis artibus vſum, ad eorum obtinendum fauorem; illi verò, agnita cauſæ meæ iuſtitia, mitiùs mecum agere cum tempore aſſueſcant. *Præcipua capita huius epiſtolæ*

Duo, præ cæteris, nouitatis gratiam iam tum exuiſſe, nonnullis videntur, ea nempe, quæ de corde propoſui, vnà cum illis, quæ circa vitelli in inteſtina, pulli tranſitum adduxi. Silentio vtrumq; præterijſſem lubens, ſi de ſola inuentione quæſtio fuiſſet: iam verò, cum ſubdoli animi, & malitioſi ſit, alterius labores pro ſuis venditare, quò quis maiori honeſtatis amore ducitur, eò magis ipſi elaborandum, ne in aliorum animis vel leuiſſimam tanti criminis ſuſpicionem de ſe relinquat.

Volkerum Coiterum apophijſeos ab inteſtinis ad vitellum meminiſſe, eamque, modò canalem, modò meatum nominaſſe ex ſcriptis eius liquet. Sed quàm obſcurè hæc ab illo propoſita fuerint, vel inde patet, quod nec Harueius, nec Anatomicorum *Reſpõdetur his, quæ vitelli in inteſtina trãſitum ab aliis detecti dicunt.*

G alij

I have gained through the merit of another, I should lose through my own fault.

Major headings of this letter.

And so, since others judging my writings assert that some things which I have presented have already been proposed by others, and that other points are uncertain and that many are superfluous, not worthy of anyone except an idle man, for this reason I have decided calmly and quietly to bring into focus some remarks which speak in my defense. Lest anyone should think that I want to engage in litigious controversies, let him know that these remarks are aimed not so much at the objections of adversaries as at the doubts of friends; so that my friends should be assured that I have used nothing but good skills in order to attain their favor, and that my adversaries, acknowledging duly the justice of my case, will, in time, deal with me more gently.

More than anything else, two things which I have proposed seem to some gentlemen to lack the grace of originality. One is my proposal about the heart,[29] the other is my presentation of the passage of the yolk into the intestines of the chicken.[30] On both issues I should have preferred to remain silent, had it only been the question of their discovery. But now since it belongs to a crafty and malicious soul to offer for sale as his own the work of somebody else, the more one is led by love of honesty, the more should he labor on his own behalf, not to leave in the minds of others even the slightest suspicion of being guilty of such a crime.

Answer to those claiming that the transfer of yolk into the intestines was discovered by others.

It will be remembered from the writings that *Volcher Coiter*[31] mentioned an extension from the intestines towards the yolk sac calling it both a canal and a passage which is evident from his writings. But just how obscurely his propositions were made appears from the fact that neither *Harvey*, nor any other anatomist

alij hoc ſeculo, licet eum ſedulò euoluerint, vel in eius rei ſuſpicionem potuerint venire.

Iniquus eſſem, ſi tanti Viri gloriam imminuere conarer; mihi ſuffecerit, rem ſaltem hodie publico fuiſſe incognitam. Poſt edita mea ex Amicorum literis didici, Clariſſimos Viros D. Huibertum, & D. Meibomium eundem canalem iam ante obſeruaſſe. Quod vt Amicis credo lubens, ſic mihi gratulor, me, non ab illis monitum, eadem, quæ illi, obſeruaſſe: nec me mouet, poſt alios, me hæc vidiſſe, modò ab alijs eadem habuiſſe non accuſer.

Reſpõdetur iis, qui me in corde nihil detexiſſe aiunt, quòd ab aliis nõ ante obſeruatum fuit.

De corde paulò diuerſa res eſt. Qui Antiquos iam tum muſculorum numero cor inſeruiſſe norunt, audiuntque Modernos ſpiralem fibrarum ductum in eo detexiſſe, me actum agere proclamant, & poſt Homerum Iliada ſcribere. Sed quod pace illorum dixerim, non cognita cauſa ſententiam pronuntiant; id quod vt eò pateat euidentiùs, dicam quid mihi cum alijs commune ſit, quid ſingulis noſtrum peculiare. Verum quidem illud, in eo nos conuenire, quod cor muſculum dicamus, quod carnem cordis muſculoſam aſſeramus, in eo verò diuerſitas ſic ſatis magna eſt, quod eorum quidam ſui generis muſculum cor velint, alij varios muſculos, fibras peculiares, & parenchyma ſimul concurrere ad componendum cor aſſerant, nemo autem veram fibræ motricis fabricam cognitam habuerit, adeoq; nec in corde eam potuerit demonſtrare. Hinc factum, vt per tot ſæcula indeciſa manſerit, quæ Galeno

in this century, although they studied this work diligently, have suspected the presence of such a passage.

It would be unfair to attempt to diminish the glory of such a gentleman. For me it shall suffice that until today this matter was unknown to the public. After the publication of my writings, I have been told in letters from my friends that the famous Gentlemen *Huibert* and *Meibom* had already observed the same canal earlier. Yet in the same way as I willingly believe my friends, I am glad to have made the same observation independently. And it does not at all disturb me that I have made these observations after others, as long as I am not accused of having stolen them from them.

Answer to those who say that I have not discovered anything else in the heart than what had been previously observed by others.

As far as the heart is concerned, the matter is a little different. Those who know that the ancient writers had already counted the heart among the muscles and hear that the moderns have discovered in it a spiral arrangement of the fibers claim that I do what has already been done and, so to speak, that I write the Iliad after *Homer.* But, with all respect to them, they deliver a judgment without knowing the case. To make things clearer let me say what I hold in common with others and what each of us holds in particular. Truly we agree when we say that the heart is a muscle, and when we claim that the flesh of the heart is muscular. But in this there is actually a fairly great difference: some maintain that the heart is a unique muscle. Others assert that various muscles, peculiar fibers, and parenchyma contribute in forming the heart. But nobody has recognized the true structure of the motor fiber, and, therefore, nobody has been able to demonstrate it in the heart. This is in fact the reason why the controversy between *Galen*

leno cum Hippocrate de corde fuit controuerſia. Vniformes in corde fibras, & obedientem voluntati motum vrgebant Galenici, tanquam requiſitas omni muſculo neceſſaria: Hippocratis verò Aſſeclæ carnem cordis carni muſculorum ſimilem afferebant, cætera, nec medium fibrarum, nec extrema determinantes. Si liberè fari auderem, Andabatarum pugnæ hanc ego controuerſiam aſſimilarem, vbi ſuam quiſque ſequutus eſt opinionem, quid oppugnaret, quid defenderet, neſciùs. Quis enim certò nobis affirmarit, oblatum minerale quoddam aurum eſſe, quamdiu nec auri naturam, ſaltem ſecundum noſtrum cognoſcendi modum, perſpectam habeat, nec ipſum, de quo agitur, minerale ritè nouerit examinare? Sic nec cor muſculum euincere potuere, quamdiu, nec vera muſculi requiſita cognita habuerint, nec cordis ſectionem veram potuerint adminiſtrare. Longum eſſet, ſingulas hìc de corde propoſitiones ab nemine hactenus tactas afferre velle; ſuffecerit paucis innuiſſe, non id meum eſſe, quod cor muſculus dicatur, nec quod ſpirales in eo demonſtrentur fibræ; ſed quod demonſtrentur fibræ mediò carneæ, extremis tendinoſæ, paucis, quod cordis cum muſculis, ſecundum ſubſtantiæ conformationem, omnimoda conformitas ipſis ſenſibus reddatur manifeſta, adeoque plurimis controuerſijs hucuſque indeciſis imponatur finis.

Ad ſecundum pergo, vbi quædam, quæ à me propoſita ſunt, parùm certa eſſe dicuntur. Sic parùm

Reſpõdetur iis, qui non de muſculis parũ certa eſſe dicũt.

and *Hippocrates* on the heart has remained unresolved throughout so many centuries. The disciples of *Galen* stuck to uniform fibers in the heart and to a movement obedient to the will, in so far as these properties are prerequisites in every muscle. The supporters of *Hippocrates* asserted that the flesh of the heart is similar to the flesh of muscles, without determining anything else, neither the middle nor the extremities of the fibers. If I dared speak freely, I would compare this controversy with a fight of blindfolded gladiators[32] in which everyone follows his own opinion, not knowing what he would attack nor what he would defend. For who could affirm for certain that an offered metal is gold as long as he does not know the nature of gold, at least according to our way of recognizing it, or if he is not able to examine the metal in a proper manner? Likewise they are not able to prove that the heart is a muscle as long as they neither know the true properties of a muscle, nor how to perform an accurate dissection of a heart. It would take too long to mention here all the propositions on the heart which had not been dealt with so far by anybody. It will suffice to state briefly that it is not my idea that the heart should be called a muscle, nor that spiral fibers are demonstrated in it. What I have demonstrated is that its fibers are fleshy in the middle and tendinous at their extremities. I have also demonstrated that a complete conformity of substance between the heart and the muscles appears to the senses. Therefore, an end should be made to the numerous unresolved controversies of the past.

Answer to those who say that what I have said on muscles is too weakly proven.

I pass to the second objection according to which some of the propositions which I have made are said to lack sufficient evidence.

rùm certam credunt nonnulli fibræ motricis fabricam, vnde & omnimodam cordis cum muſculis conformitatem vacillare certo argumento ſequeretur. Ineptus eſſem, ſi qui aliorum placita in dubium voco, mea pro oraculis habenda vrgerem. Multa olim pro veriſſimis habita noſtrum ſæculum falſa agnouit, multa etiam noſtro tempore, tanquam e tripode prolata plurimorum obtinuere aſſenſum, quæ ſedula inquirentium induſtria breui inde ſomnijs vidit annumeranda. Cum itaque, & priori ætate, & noſtra ſub veri ſpecie plurima falſa apparuerint, auditorum credulitate pronuntiatuum audaciam confirmante, meritò, & ego non modò de meis dubitantes alios æquo animo ferre debeo, ſed & ipſe primus eorundem veritatem ſuſpectam habere. Placet itaque hac occaſione alijs examinandas proponere rationes, quibus perſuaſus ea, quæ de fibra motrice propoſui, vera eſſe exiſtimem. Sunt autem ſequentes.

Mea de muſculis certa eſſe credo, 1. Quod ſẽſibus obuia ſint.

I. Quæ de fibra motrice, muſculiſque propono, ſenſibus ipſis obuia ſunt, quibus fidem denegare velle, eſſet hominem exuere. Debile fateor, hoc argumentum eſt, cum multa nobis Anatome exhibeat exempla eorum, qui grauiſſimos errores ſenſuum teſtimonio confirmatos defenderunt, rati rem ſua natura talem eſſe, qualem eam illorum præparandi methodus exhibebat: ne itaque & nobis ſimile quid contigiſſe videatur, demonſtranda mihi eſt hæc ſecunda propoſitio.

II. Fibræ

Thus, some believe that the structure of the motor fiber is uncertain, lacks proof and, consequently, therefore complete conformity between the heart and muscles would be questioned with a sure argument.

I should be inept indeed if, as one who questions proposals acceptable to others, I insisted that my own be considered as oracular. Much of what in the past was considered as the very truth has been recognized in our century to be false. But even in our own time so many matters, which had been accepted by many as if they were the words of an oracle, shortly thereafter, as a result of thorough investigation, have been found instead to be dreams. And so, since both in the past and at present, many false statements have appeared under the guise of truth, the presumption of those who enunciated them being confirmed by the credulity of those hearing them, I ought not only to accept with equanimity the doubts of others about my proposals, but I myself must be the first to question their truth. Therefore, I wish on this occasion to present some arguments for others to examine. I am myself convinced by these arguments that what I have proposed on the muscle fiber is true. This is as follows.

I believe that what I have said on the muscle is true, firstly because it is obvious to our senses.

I. What I propose on the motor fiber and the muscles is obvious to the senses themselves, and to deny them would mean to set aside the human being. I admit this argument is weak since Anatomy displays numerous examples of people who have defended the gravest errors established on the testimony of their senses, reasoning that a thing is, in its nature, such as it is revealed by their method of preparation. And so, lest the same would occur to us, I must demonstrate this second proposition.

II. Fibræ motricis, muſculique fabrica præparationi nulla ratione poterit adſcribi. Poſſem afferre, quod in varijs appareat corporis locis, ipſo muſculo tantùm non intacto, remotis duntaxat partibus conſpectum ipſius impedientibus. Sic in manu remotis alijs muſculis, ſolo flexore pollicis intacto, fibræ motricis in eo verus ſitus euidentiſſimè conſpicitur. Quid quod in femore, remotis tantùm integumentis, rectus cum vtroque vaſto idem quam diſtinctiſſimè demonſtret. Huic addere poſſem, quod in muſculis, quorum ſimplex eſt fabrica, vt in gaſterocnemio, idem exteriùs conſpicitur, vna eorum extremitate ab oſſe reſecta, ſine vlla alia ipſius muſculi præparatione. 2. *Quod præparationi non poſſint adſcribi.*

Prædictis ſubiungere liceret, quod, ſiue crudi præparentur, ſiue cocti, ſemper eodem modo conſpiciantur formati: vt adeoque varietas præparationis nullam in re demonſtranda afferat varietatem.

Sed validiſſimum meum argumentum hoc eſt, quod, quà vtor, muſculorum adminiſtratio nullam fabricæ muſculi afferre poſſit mutationem, cum nulla ibi fiat fibrarum ſectio, ſed ſola contiguarum ſeparatio, ſiue per longum ſectio inſtituatur ad fibrarum ordines demonſtrandos, ſiue per rranſuerſum ad earundem verſus exhibendos. Sic ſiue ſimplicis, ſiue compoſitæ fabricæ muſculum præparo, fibrarum in alterutro tendine ductum ſequendo, ita cultrum ſenſim adigo, vt a mutuo contactu tendinoſas fibras ſeparem, ijſque continuas carnoſas nullo pacto

II. The structure of the motor fiber and of the muscle can in no way be ascribed to the method of preparation. I could bring forward what appears in different places of the body, in which the muscle itself is hardly touched and where only those parts preventing from seeing have been removed. Thus in the arm[33] when the other muscles have been removed and only the flexor pollicis remains intact, the true position of the motor fiber in this muscle appears extremely clearly. So too in the thigh, as demonstrated most distinctly by the rectus and both the vastus muscles, when only the teguments have been removed. Further I could add that in muscles with a simple structure, like the gastrocnemius, the structure is conspicuous from the outside when one extremity of the muscle is cut from the bone without further dissection.

Second, because it cannot be ascribed to the preparation.

To what has been said it could be added that, whether prepared raw or boiled, the muscles always appear to be formed in the same way. How the muscles have been prepared, therefore, makes no difference for the matter to demonstrate.

But my most valid argument is that, with the method I use, the handling of the muscles cannot bring any change in their structure, since no sections in the muscle fibers are made, but only a separation of contiguous fibers, either through a longitudinal section to show the Orders of fibers, or through a cross section to show their Ranks. Whether I prepare a muscle of simple or of compound structure, I insert the knife gradually, following the direction of the fibers in one of the two tendons in order to separate their fibers without doing any damage to their flesh

cto lædam, donec ad oppoſitum tendinem peruentum fuerit, quem ſæpius relinquo integrum. Cum hucuſque continuata præparatio, ſimplicem muſculorum fabricam ſatis euidenter declaret, vt compoſitam fabricam oſtendam, vtrinq; in tendine externo ſecundum prædictam methodum procedo, medio tendine intacto: quandoquidem ſæpiùs ſe mutuò ſcandentes in intermedio tendine fibræ, niſi patienti adhibita attentione, ſine laceratione vix ſeparentur.

Et hæc quidem mihi videntur abundè demonſtrare fibræ muſculoſæ fabricam præparationi non poſſe adſcribi. Sed licet ſenſibus obuia ſit ea fabrica, licet præparationi non poſſit adſcribi, dubitari poterit, an omnibus ea muſculis competat. Reſtaret itaque demonſtrandum.

III. Quod in omnibus non hominis tantùm, ſed & cuiuslibet alterius animalis muſculis eadem fibræ motricis fabrica conſpiciatur. Sed necdum iſtam inductionem afferre poſſum, id tamen poſſum aſſerere, me nec in homine, nec in vllo eorum animalium, quæ & alibi, & præcipuè Florentiæ ſic ſatis magno numero aperui contrarium exemplum offendiſſe. Licet itaque credam in omnibus omnium animalium muſculis eandem fibræ motricis fabricam reperiendam eſſe, tamen donec vlteriori examine idem confirmavero, vt opinionem vero maximè ſimilem eam proponam. In nonnullis muſculis breuiſſimo, & quaſi nullo intermedio tendine adhærens oſſi caro videtur primo intuitu nobis aduerſari, quæ fibræ motri-

3. Quod nec dum cõtrarium exẽplum viderim.

cis

until I reach the opposite tendon, which I often leave intact. This preparation continued to this point reveals the simple structure of muscles so clearly that I show the compound structure on both sides. I proceed in the external tendon following the method thus described, leaving intact the middle tendon. Since the fibers often arise together in the intermediate tendon, unless given cautious attention, they would hardly be separated without laceration.

And to me this seems to be ample demonstration that the structure of the muscle fibre cannot be ascribed to the preparation. But, even though this structure is obvious to the senses and even though it cannot be ascribed to the preparation, one may still question whether it is found in all muscles. It would thus remain to demonstrate:

III. That the same structure of the motor fiber is observed in every muscle, not only of man, but also of any other animal. But I still cannot make such an induction. I can, however, assert that neither in a human body, nor in any of the rather large number of animals that I have dissected mainly at Florence and elsewhere, have I met any example showing the contrary. Since I, therefore, believe that the same motor fiber structure is to be found in all muscles of all animals, until I confirm this through further examination, let me propose it as an opinion very close to the truth. In many muscles the flesh seems to be attached to the bone by a very short, or by almost no intermediate tendon. At first glance this might seem adverse to my idea that both extremities of the motor fiber

Third, that I have not yet seen examples to the contrary.

cis vtramque extremitatem tendinoſam pronuntiamus; cum hìc tantùm in vna extremirate tendo conſpiciatur, in altera os occurrat. Sed facile eſt hoc dubium ſoluere, cum omnia fere oſſa in embryone tendines fuerint, & ipſæ fibræ oſſeæ maximam partem tendines ſint, vel in os indurati, vel oſſeis particulis circumſepti, id quod demonſtrare liceret, tum ex fibrarum motricium per oſſa continuatione, tum ex proportionato tendinum oſſiumque incremento, alijſque: ſed hæc diſcurſui de oſſibus reſeruanda, vbi ſpero poſſe de ijs certò pronuntiari ea, quæ formationi fœtus lucem non obſcuram allatura, & ſic ſatis iucunda lectori videnda ſunt; cum, præter alia ibi afferenda, tendinoſarum fibrarum in oſſibus chiaſmus pulchri quid in ſe continere videatur, quem æquè hactenus incognitum crediderim, ac neruoſarum fibrarum in cerebro circa ventriculos chiaſmum, de quo memini me ante quadriennium in quadam ad Amicum epiſtola ſcripſiſſe. Non diſputabo an in os indurati tendines tendinum nomen mereantur, cum de nomine tantùm lis futura eſſet. Videmus res, quas petrefactas credunt, non ideo primum ſuum nomen amittere, quod priſtinam mutarint conſiſtentiam, cum ligna petrefacta, oſſa petrefacta, petrefactum panem dicamus. Hæc illa ſunt, quibus perſuaſus, quæ de muſculorum fabrica propoſui, certò vera eſſe credo, nec alijs rationibus opus ad eorundem certitudinem in cordis fabrica demonſtrandam. Cum verò non paucos

are tendinous, since a tendon is seen at one of the extremities only and at the other there is bone. But this doubt is easily removed, since almost all bones in embryo have been tendons, and the bony fibers themselves are for their most part tendons, either hardened into bone or surrounded by bony particles. This could be demonstrated by the continuation of motor fibers through bones by the proportional increase of tendons and bones, and by other means. But this has to be reserved for a discussion on the bones, in which I hope to make clear about these something which will shed light on the formation of the fetus and thus satisfy the reader. Besides other subjects to be taken up there, there is a great beauty to be found in the crossing of the tendon fibers within the bones which I should think is as unknown hitherto as the crossing of the nerve fibers about the ventricles of the brain, which I remember having described four years ago in a letter[34] to a friend. I will not argue here whether those tendons hardened into bone deserve to be named tendons, since this would be a quarrel about the name. We see things that people think are petrified. For this reason they do not lose their original name, although they have lost their original consistency: for instance, we say petrified wood, petrified bones, and petrified bread. These are the facts by which I have been persuaded that what I have proposed on the muscle structure is true, and that there is no more need for further explanations to demonstrate the certainty of the structure of the heart.

cos nouerim, qui licet viderint fibrarum in corde, & ſubſtantiam, & conformationem fibris muſculorum ſimilem eſſe, necdum tamen id a ſe impetrare poſſunt, vt cor muſculum pronuntient, Galeni, Carteſij, aliorumque autoritatem non auſi deſerere, in illorum gratiam ſequentem demonſtrabo propoſitionem, *vt fibræ motricis fabrica in corde, & in muſculis eadem eſt: ſic quæ in eadem fibra motrice ſenſibus manifeſta ſunt motus phænomena, in corde eadem quæ in muſculo conſpiciuntur*: id quod ſingulorum phænomenon inductione patebit.

Demõſtratur motum in corde & in muſculis eodem modo quoad apparẽtiam ſerari.

Quæ pars muſculi cõtrahitur.

1. Cum muſculus contrahitur, ſingulæ in eo fibræ motrices fiunt breuiores.

Diſſecta muſculi membrana, fibriſque a ſe inuicem ſeparatis, id euadit manifeſtum. Fibræ namque a mutuo contactu liberatæ eadem ratione breuiores euadunt, ac ante cum ſibi iunctæ intra membranam muſculi, tanquam intra communem thecam, continebantur. Quid quod maxima fibrarum parte reſecta reliquas motum ſuum ad aliquod tempus continuaſſe ſæpius obſeruauerim. In muſculis integris æquè euidenter idem conſpicitur, vt in panniculo carnoſo, in diaphragmate, in abdominis muſculis, imo in alijs quibuslibet, qui, dum cutis detegitur, abdomen aperitur, ſcapulare ſecatur, aliæ preparationes adminiſtrantur, ſe ſe videndos exhibent: namque in his omnibus perſæpè non omnes fibræ ſimul, ſed diuerſo tempore ſingulæ ſeorſim moueri conſpiciuntur. Nec alius eſt mirus ille motus,

Since I have met several people who, although having seen that both the substance and the composition of the fibers in the heart are like those of the fibers of the muscles, nevertheless cannot bring themselves to acknowledge that the heart is a muscle, because they do not dare to depart from the authority of *Galen*, *Descartes*, and others. For their benefit, I will demonstrate the following proposition: *The structure of the motor fiber in the heart and in the muscle is the same: thus the phenomena of movement in the motor fiber which are manifest to our senses and are seen in the muscle are the same in the heart.* The phenomenon in each of them will be made clear by induction.

It is demonstrated that movement in the heart and in the muscles takes place the way it appears.

Which part of the muscle does contract.

I. When a muscle contracts, its different motor fibers shorten.

This becomes evident when the aponeurosis of a muscle is divided and the fibers are separated from each other. Thus, fibers liberated from mutual contact become shorter for the same reason as before, when they were closely joined together inside the aponeurosis of the muscle as if they were inside a common envelope. For, as I observed very often, even when most of the fibers are resected, the others continue to move for some time. The same is obviously observed in intact muscles such as in the panniculus carnosus,[35] in the diaphragm, in abdominal muscles, and, in fact, in whichever muscle is made visible after the skin has been peeled off, the abdomen opened, the shoulder resected, or after other dissections have been carried out, they are revealed to the light. Very often in such circumstances not all the fibers are seen to move at the same time, but individual fibers move separately at different times. The amazing movement so often seen in the dying heart is not different,

motus, quem in corde moribundo ſæpiùs intuemur, namque & hìc, quæ prius ſimul mouebantur fibræ, modò diuerſo tempore motæ id phænomenon producunt.

II. Cum fibra motrix breuior fit, ſola eius caro breuior fit. *Qua parte in fibra motrice contrahatur.*

Poſſem id varijs alijs experimentis confirmare, ſed vnum in præſens adduxiſſe ſuffecerit, quod multis alijs propoſitionibus poterit inſeruire.

Vbi muſculum, cuius fabrica ſimplex eſt, ab vno eſttremo ad alterum ſecundùm fibrarum ductum in duas partes diuiſeris, alteriuſq; partis carnem tranſuerſam diſſecueris, tendinibus intactis, videbis ilico carnes diſſectas carnibus integris longè breuiores euaſiſſe, tendines verò tendinibus manſiſſe æquales.

Sic, & diſſectis in viuo corde ventriculis, ſtaminum carnoſorum manifeſtus motus eſt, valuularum verò tricuſpidum nullus.

III. Cum caro fibræ motricis breuior fit, etiam durior fit, ſuperficieſque eius ante contractionem læuis, in contractione aſpera euadit. Qui in eodem animali digitis, oculiſque diaphragma contractum, & contractum cor examinauerit, huius propoſitionis veritatem manifeſtò deprehendet. *Quid in carne obſeruetur dũ cõtrahitur.*

IV. Caro fibræ motricis poſt contractionem iterum ad certam longitudinem relaxatur. De muſculis iam olim id demonſtrarunt alij. In corde nihil eo euidentius, quandoquidem exhauſto ſanguine, & reſectis auriculis non deſinat ad tempus ſic ſatis longum, mo- *Quid carni accidat poſt cõtractionem.*

for here also the fibers that previously moved simultaneously move at different times, thereby causing this phenomenon.

Which part of the motor fiber contracts.

II. When a motor fiber shortens, the flesh part alone shortens.

I could confirm this by other different experiments, but at present it should be sufficient to present one which can serve for many other propositions.

After having divided in two a muscle with a simple structure from one extremity to the other along the length of the fibers, without touching the tendons, you divide the transverse flesh in one of the parts. You will observe that the divided fleshy part will become much shorter than the intact fleshy part, while the length of the tendons actually remains the same.

Similarly, when dividing the ventricles of a living heart, the movement of the fleshy threads is obvious, while there is no movement of the tricuspid valves.

What can be observed in the flesh when it contracts.

III. When the flesh of a motor fiber shortens, it also hardens, and its surface which, before contraction was smooth, becomes rough.

Whoever will test with his own fingers and eyes the contracted diaphragm and the contracted heart of the same animal, will obviously find out the truth of this proposition.

What happens to the flesh after contraction.

IV. The flesh of a motor fiber again relaxes to a certain length after contraction. Others have shown this about the muscles long ago. In the heart, nothing is more evident than this since, after the blood has been drained and the auricles resected, the heart does not stop beating for quite a long time,

dò baſi vnum adducendo breuior euadere, modò eodem iterum relapſo longior fieri.

An contractio ſit totius carnis an verò ſingularũ eius partium.

V. Quælibet pars carnis tranſuerſim diſſectæ pari ratione, & breuior fit, & ſolidior, iterumque ad longitudinem certam relaxatur ac ipſa caro integra.

In ſcapulæ, collique muſculis id demonſtraui ſæpiùs, cum in ſemimortuis canibus Thoracici vaſculi cum vaſculis lymphaticis concurſum circa iugularis ſcapulariſque confinium rimarer. Facilis autem huius experimenti faciendi ratio eſt in muſculis, qui carnem longiuſculam habent: forfice namque vnius eiuſdemque muſculi carnes ter quaterue tranſuerſim diuidendo, interceptæ ſingulis ſectionibus carnium partes contractionem ſuam multis vicibus repetunt, tactuique duritiem, & aſperitatem viſui exhibent. Idem in pectorali auium non infrequenter mihi ſucceſſit, ſic mucro cordis a baſi reſectus digitoque impoſitus, ea ſe vi repetitis vicibùs contrahit, vt a digito exſiliat, quod facultati cordis (vt appellant) pulſificæ attribuunt, qui idem alijs muſculis commune eſſe non obſeruarunt. Dum ſic a digito exſilit, manifeſtam digitus duritiem percipit, nec ſolitam læuitatem oculi obſeruant.

An ad cõtractionem fibræ motricis vaſa quicquam immediatè contribuãt.

VI. Fibra motrix, reſectis arterijs, venis, neruis æq; ac ijſdem non reſectis contrahitur. Tremulus parnniculi carnoſi motus in mactatis recens animalibus, quibus, & cor, & caput ablatum eſt, nemini non notatus eſt. Reſectum cum cartilaginoſa coſtarum parte ſternum per interualla ſubſultaſſe quibuſdam caſu

now growing shorter by drawing into a cone at the base, then becoming longer by relaxing again.

Whether it is all the flesh or single parts of it which contract.

V. Whichever part of the flesh is divided transversely, becomes both shorter and harder to an equal degree, and relaxes again to a certain length as does intact flesh.

I have often demonstrated this in the muscles of the shoulder and of the neck when I explored the junction of the thoracic duct and lymphatic vessels in the region of the throat and shoulder in half dead dogs. An easy way to carry out this experiment is by cutting across the flesh with a scissor at three or four places in a muscle with fairly long flesh. The flesh parts between the divisions repeat their contraction several times and become hard to the touch and rough to the sight. Not infrequently I have succeeded in seeing the same in the chest cavity of birds. The apex of the heart, cut off the base and set on a finger contracts repeatedly so vigorously that it leaps from the fingertip. Those who have not observed that the same phenomenon is shared by the other muscles, attribute it to a heart's pulsatile faculty[36] (as they call it). When it thus jumps off the finger one feels its manifest hardness and does not see the usual smoothness.

Whether the vessels contribute immediately to the contraction of the motor fiber.

